

WS 1734

149

LECTIONES PUBLICAS  
ET PRIVATAS  
PER INSTANS SEMESTRE HIBERNVM  
IN ACADEMIA LVDOVICIANA  
DEO DVCE ET AVSPICE HABENDAS

RECTOR  
IO. GEORGIUS  
LIEBKNECHT

S. S. THEOL. DOCT. EIVSD. ET MATHEMAT. P. P. O.  
SVPERINTENDENS, A CONS. ECCLES.  
ET STIPEND. PRINCIP. EPHORVS

VNA CVM VNIVERSO  
SENATV ACADEMICO  
INDICIT ET AD EAS SEDVLO AVDIENDAS  
GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIVM FACVLTATVM  
STVDIOSOS PERAMANTER INVITAT

D. XIX. SEPTEMBR. ANNO MDCCLXXXIV.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G F E S S A E,

Typis EBERH. HENR. LAMMER S, Acad. Typogr.

( 2 )

---

*In Facultate Theologica.*

**D. IO. IACOBVS RAMBACH,**

*S. Theol. Professor primarius, nec non Superintendentens primus,  
& Consistorii Assessor.*

**S**I DEO quidem ita placuerit, *publicas* lectiones, hor. XI. *potioribus controversiis*, quae nobis *cum Romana ecclesia* intercedunt, destinabit, praemissa breui historia Papatus. In lectionibus *privatis* hor. IX. *theologiam theticam* ita tractabit, ut singulorum dogmatum nexus cum praxi vitae christianae ostendatur. In formanda idea genuini theologiae studiosi, in audiendis censendisque concionibus sacris, inque meditationibus exegetico-practicis in epistolas dominicales, sedulo perget.

**D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

**P**ublicarum lectionum loco nonnullas theses ex Apologia A. C. exceptas, hebdomadatim ventilandas, proponet, ut inde Commitones & linguae, & rerum theologiarum, ordine proponendarum, perpetuum habeant exercitium. Priuatim praecepta *Exegetica*, nuper promissa, & ob Reſtoratum omiſſa, nunc resumet, nec in aliis deest Dn. Commilitonibus.

**REINH. HENR. ROLLIUS, D.**

*Prof. Publ. Ordin. Consistorii eccles. Assessor,  
& Districtus Alsfeld. Superintendentens.*

**I**N lectionibus publicis, *Historia ecclesiastica*, ad Summarium Rechenbergianum, semestri praeterlapso impensis, aequae

æque ac privatis in *Theologiam Dogmaticam*, sedulo perget, & utrasque per instans semestre hibernum bono cum Deo ad finem perducere studebit. His nunc addet, nuper quidem promissas, sed ob valetudinem adversam tunc differendas, lectiones in *Historiam Theologiae litterariam*, summa illius capita, ut in se recepit, in calamus dictaturus; ac perpetuo discursu illustraturus. Continuabit & *disputationes Rudrauffianas*, eadem, qua hactenus, methodo, id daturus operam, ut sanctiori disciplinae, eo quo par est studio, dediti commoda inde capiant nunquam poenitenda.

## JO. CONRADVS ARNOLDI,

*S. Theol. D. Prof. Ord. & Acad. a Bibliothec.*

**E**X occasione Disputationis Theol. de Judæorum conversione, ad Rom. XI, 25. superiori anno habitæ; rogatus ab amicis Commilitonibus, publice hisce mensibus hibernis, V.D. proponet, *Synopsin Theologiae Judaicae modernæ*, secundum ordinem LL. Th. Bayerianum dispositam. *Privatim*, hora consueta X. perget in explicatione dogmatica Compendii Th. Bayeriani, studiose annisurus, ut posteriorem ejus partem, ex præterito semestri residuam, proxime absolvat. Addet etiam *Theologiae Moralis* Institutiones, secundum methodum ductumque Buddeanum tractandas.

## *In Facultate Juridica.*

## JO. FRIEDERICVS KAYSER,

*J. U. D. & Prof. P. Ord. & Primar.*

**F**initis, quibus adhuc dum insudat, lectionibus *Institutionum, Pandectarum & Juris Canonici*, nova Collegia, pro desiderio Dn. Dn. Commilitonum, aperiet, eaque ex tabula publica indicare haud obliviscetur.

# D. JO. FRIED. WISEL

*Prof. Jur. Ord. & Acad. Syndicus.*

**L**ectiones *publicas* ad STRUVII *Jurisprudentiam* ad finem perducet. *Privatas* quoque praelectiones ad *institutiones* & *privatissimas* continuabit. Nec non novum Collegium ad *Digesta*, aliaque pro desiderio Dnn. Commilitonum auspiciabitur.

# D. IOAN. GEORGIUS ESTOR,

*Consiliarius & Prof. Ordin.*

**E**legantissimas Gallorum Jurisconsulti FRANCISCI DE ROYE, *institutiones iuris canonici*, quas summus canonici iuris interpret, CASPAR ZIEGLER, annotationibus illustravit, & non ita pridem, V. C. CHRIST. GODOF. HOFMANN, Lipsiae recudi fecit, in publicis scholis explicabit, & ubi occasio data fuerit, celebris Lipsiensium doctoris, SALOMONIS DEYLINGII, *institutiones jurisprudentiae pastoralis* simul conferet. Priuatim docebit celeberrimi HEL-NECCII *pandectas*, ea quidem methodo, ut primo singulis titulis, loco historiae eorum, generalem praemittat ideam, ope paratitlorum, quae viris eruditissimis, CVIACIO & MARANO debemus; dein leges primarias euoluat; ex hisce axiomata, ab auctore stabilita, cum cura examinet inculetque; postea primas lineas controuersi iuris ducat, praeunte perillustri domino DE COCCII, ac denique vsum cuiusuis tituli, praeter alios, potissimum ex perillustri domini DE WERNHER *observationibus*, & clarissimi LEY-  
SERI *meditationibus ad pandectas* commonstret. Ceterum si ob lectiones priuatissimas fieri poterit, iuris publici origines ostendet iis, qui futuro semestri ius publicum, ipso duce, discere cupiunt.

*In Facultate Medica.*

**D. JO. CASIMIR. HERTIVS,**

*Prof. Publ. Ord.*

**P**ublice lectionibus anatomicis vacabit, juxta Auctoris, quem haecenus sectatus est, eas ductum illustraturus: Privatim Collegium chirurgicum, si ita placuerit, aperiet.

**D. IO. MELCHIOR VERDRIES,**

*Prof. P. Ord.*

**A**bsoluta Pharmacia cum chemiae fundamentis, doctrinam de Formulis praescribendis exponet, & postea ad Chirurgiam, nec non Praxin Medicam specialem dilucide explicandam progredietur.

**LVD. HENR. LEO HILCHEN,**

*Med. D. & Prof. Pub. Ord.*

**P**er instans semestre brumale publice privatimque Lectiones praecipuas sedulo continuabit. Nova quoque Collegia pro de fiderio Dn. Dn. Commilitonum aperire non recusabit.

**D. GERARDUS TABOR,**

*P. P. O.*

**P**ublice Chirurgiam Medicam: Privatim vero Vulnerum Lethalitem exponet.

*In*

*In Facultate Philosophica.*

**D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*P. P. Ord. Acad. Senior & h. t. Decanus.*

**I**N quibusvis scientiis mathematicis suam Dòminis Commilitonibus industriam & studium, hucusque passitum, lubens promittit.

**IO. MELCHIOR VERDRIES, D.**

*Physic. Prof. P. Ord.*

**I**N cursu Philosophiæ Naturalis apertius & perspicue explanando sedulo perget: nec deerit si in partibus quibusdam iucundissimæ huius scientiæ speciatim, vberiori pertractatione, exponendis, Generos. & Nobiliss. Dn. Dn. Commilitones opellam suam expetiuerint.

**CHRIST. FRID. AYRMANNVS,**

*Histor. Prof. Publ. Ordin.*

**A**bsoluta publice Historia antiqua, ad recentiore progressu dietur. Priuatim Historiam Germanicam interpretabitur, nec in reliquis muneris sui partibus ulli defuturus.

**JAC. FRID. MULLER, P. P. O.**

**L**ogicam secundum Institutiones, quas ante aliquod tempus prælo commisit, exponere perget: Hoc autem labore ad finem perducto, Theologiam naturalem, pluribus eam sibi informationem expetentibus, solide demonstratam traderet.

**IO. LVDOVICVS ALEFFELD,**

*Pœs. Prof. Ord.*

**C**omicorum Latinorum principem, Terentium, cuius fabulae viam morum actionumque humanarum imagi-

nem

nem exhibent, vtilissimisque ad vitam ciuilem praeceptis penitus refertae sunt, publice praeleget: Priuatam industriam in exponendis & ad vsum deducendis poëseos Germanicae regulis collocabit; operam de cetero daturus, vt lectiones philosophicae per aestatem coeptae quamprimum ad finem perducantur.

## ERNEST. FRID. NEVBAVER,

*Antiquitatum, nec non graecae & orientalis litteraturae Prof. ord.*

**A**ntiquitates ebraicas, (quarum qui cognitione destituitur scripturae interpres, non potest non turpiter labi, errare, decipi,) publice enarrare, ac semestri spatio absolueret constituit. Ducem sequetur CONR. IKENII, theologi ac philologi Bremensium clarissimi, praestantissimum libellum, materiarum copia, ordinis ac methodi concinnitate, immo & perspicuitate, maxime commendandum. *Priuato studio, & grammaticam* exponet DANZIANAM, vberiori adplicatione in libro quodam faciliore, *Exodo, Deuteronomio*, alioque, firmandam, & libros non nullos, tam *graecos*, quam *ebraeos*, percurret. Offert etiam harum deliciarum amatoribus collegium *Targumico-rabbinicum*, in *Hoseam illustratum*, a cel. HARDTIO Helmstadii editum. Quumque rursus esse intelligat, qui *arabici*s atque *aethiopicis* litteris suam addicere velint operam, eorum desiderio lubens gratificabitur, has quidem ad magni LVDOLFI, illas vero ad ERPENII ductum, traditurus. Nec eorum deerit industriae, qui in aliis philologiae sacrae partibus institutione sua vti, aut disputationes habere publicas, cupient.

CHRIST.

## CHRISTIAN. LVD. GERSTEN,

*Mathes. Prof. Ord. Soc. Reg. Lond. Sod.*

**I**N publicis lectionibus absolutis, Arithmetica, Geometria & Trigonometria plana, ad Mechanicam nunc & reliquas Matheseos mixtae partes iuxta ordinem compendii Wolffiani properabit. Priuatim, Algebram, Geometriae, motuumque sublimiora enodabit. Nec in aliis Matheseos partibus operam cupientibus denegabit.

## IO. HERMANNVS BENNER,

*eloq. P. O. & Paedagogiarcha.*

**P**ublicum laborem, hora decima, explicandis rhetorum praeceptis impendet, dies per hebdomadam binos HORATIO. Priuatim, exercitatione dicendi scribendique, praecipiones ipsas firmabit.

## CHRISTOPH. LVD. RVDIGER,

*Prof. Publ. Extraordin.*

**Q**uicumque ex numero philotheorum rerum suarum satagere gestiunt, illis, ut in studiis, politico, litterario, heraldico nec non mathematico, profectus facere queant, ansam suppeditabit quam fidelissime.

---

**H**abebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cives* commodissimam occasionem, in arte equestri, in ludo palaestrae, in arte commode & perite saltandi; nec non in linguis exoticis; *Gallica, Italica*, apud exercitorum istorum, & linguarum Magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi partamque habilitatem perficiendi.

